



1. Joach. Hildebrandi, Dissertationes
nes 20. Helmstedij 1672
- a. de presentia, usu, et
scriptoribus theologiae
 - b. de constitutione et divisione
theologiae
 - c. de authoritate S. Scripturae.
 - d. de Deo, et divinis attributis.
 - e. de S.S. trinitatis mysterio.
 - f. de morte corporis, et statu
animae post mortem.
2. H. de creatione universi.
- i. g. de resurrectione
 - j. de Angelis.
 - k. de Imagine Dei.
 - l. de peccato originali

- M. de praedestinationis gratia.
 N. de Christo incarnato.
 O. de communicatione idiomatum.
 P. de conversione hominis peccatoris.
 Q. de justificatione.
 R. de sanctificatione.
 S. de baptismo.
 T. de S. Eucharistia.
 U. de Ecclesia.
2. Josephi Grabij Dissertatio, de
 unione hypostatica duarum
 naturarum Christi. 1592.
 3. Georgij Mylij Dissertatio de Coena
 Domini Eucharistia. 1593.
 4. ejusdem, Carolstadius redivivus. 1597.
 5. ejusdem, apologeticus. 1597.
 6. Ern. Frid. Neubauer, Dissertatio
 de phrasi novi foederis, Caro
 et Sanguis. 1724.
 7. Joh. Friden oestfeldij gratulatio
 1736.
 8. Joh. Georgij Walchij Dissertatio
 vindicis promissionum Abraham
 de Messia factarum. 1736.
 9. Jes. Frid. Weisenborni programma.
 1736

- 10 Georg: Flerckij disputatio contra
Joh: Rufum. 1592.
- 11 Gottl. Fried: Gude dissertatio, de
Jobo Chr: incarnationis vate
et de urbe Sichem. 1730.
- 12 Joh. Jac: Rambachij exercitatio
epistolica. 1730
- 13 Aug: Varenij dissertatio de
Mysterio; Deus in carne mani-
festatus. 1681
- 14 Joh. Seb: Brumhard dissertatio, qua
sermo salvatoris Joh: VII. v. 37-38
explanatur. 1734.
- 15 Aug: Gottl: Spangenberg dissertatio
qua verba Matthi. IX. v. 25-27-30.
explanantur. 1729.
- 16 Chr: Bened: Michaelis dissertatio de
Loco Rom: VIII. v. 17. 1733.
- 17 Balth: Sartorij programma. 1582
- 18 ejusdem dissertatio de lege et
Evangelio. 1582.
- 19 ejusdem, programma. 1582.

PRO
DEFENSIONE FIDEI
CHRISTIANAE

Theses,

De

VNIONE HYPOSTATICA DVA-
RVM NATVRARVM CHRISTI,

oppositæ Disputationi,

Quam D. ÆGIDIUS HVNIVS habuit
VWittebergæ, VIII. Cal. Iulij.

Authore

M. IOSEPHO GRABIO
AVERBACENSI.



Si Christum discis, ~~scilicet~~ est si cætera nescis,

Si Christum nescis, ~~scilicet~~ est si cætera discis.

FABIRANI SAXONVM,
Excudebat Bernhardus Petri, Campens.

Anno M. D. XCII.



5

HYPOTHESIS GRAVIS CON-
STANTIAE FIDEI CHRISTIA-
nae de Persona & Maestate Filij Dei
& hominis, &c.

Ecclesia Dei tuetur communicationem Idioma-
rum veram, testem Vnionis personalis contra Nestori-
um, & explicationem communicationis Idiomaticum,
particulis distinctuis ostensam, custodem veritatis na-
turarum contra Eutychem.

EGID. HVN. D. neutrum tuetur, vt in libello gra-
uis constantiae fidei Christianae demonstratum est.

Ergo illis detestandis haereticis, qui sunt Maiestatis
& gloriae Iesu Christi inimici, subscribit & seruit.

COLUMNNA ORTHODOXAE FI-
DEI à THEOLOGIS BREMEN-
sibus asserta.

Qui distinguit Idiomata duarum naturarum Chri-
sti in Vnione & propter Vnionem, Vna opera non so-
lum Eutychem, sed etiam Nestorium refutat.

Theologi Bremenses distinguunt Idiomata dua-
rum naturarum in *IPSA VNIONE ET PROPTER*
VNIONEM, quod HVN fraudulenter potuit praeterire,
delere in scriptis eorum non potest.

Ergo in Orthodoxorum Ecclesiae numero volens
nolens eos relinquat, & ipse veritati ab eis defensionem ce-
dat necesse est.

MAGNIFICIS AMPLISSIMIS
ET CLARISSIMIS VIRIS, DOMI-
nis Cofs: & Senatoribus Reipub. Bremens. &c.
Dominis patrinis & fautoribus suis re-
uerenter colendis.

S. R. D.



Pud Liuium Scipio, Clarus & Sapiens gubernator in pace & bello, ocio & negotio, censet, non felicem esse Remp. stantibus quidem mœnibus, dilabentibus autem moribus. Iudicat vir summus & heroicus, quantum acie mentis perspicit & experientia magistra nouit, ut apud Comicum Persa de Athenarum urbe dicit: Oppidum, si incola benè morati sint, pulchrè munitum & beatum esse. Id quod hic in fronte portæ nouæ aureis characteribus quoque insignitum præclare uisitur: Tutam esse ciuitatem, quæ Virtute ciuium munita sit, id est doctrina, sapientia, iudicijs, legibus, gradibus personarum gubernantium, docentium & populi, & rectis officijs omnium inter se ordinum rectè constituta sit. Ex quo consequitur, tantum in hoc ponendum non esse, ut & Scipio iudicat, quod locus natura, operibus, uallis, fossis, mœnibus arcibusque septus, opibus, armis, exercitibus & auxilijs fortè instructus & formidabilis est: Quæ sine maioribus bonis, in quibus gloria gubernationis consistit, potentissimis urbibus & florentissimis regnis, sapius exitio, quàm saluti fuisse: coniuncta cum illis, plurimum profuisse, testis temporū, uita memoria, lux uita historia nobis loquitur & aperit. Sed plus quàm illa Persa & Scipionis sententia, gnome aurea benè aureis elementis in capite portæ decorata habet. Nam secundum Deum, glorie & præsidijs urbium & regionum aliquid concedit, absque

A 2

Deo

Deo nihil propemodum eis illa tribuere videtur. Sanè Deo
immortali hanc urbem caram esse puritas doctrina de essentia
& voluntate Dei, quam propitius ille Pater in Cælis, hic ut
pater familiàs ignem in foco alit, argumentum maximum est.
Nam iuxta illam grati Deo cultus, ut odoretur Dominus
odorem suavitatis, & animarum pabula & refrigeria, esuri-
entibus ac sitientibus iustitiam & vitam aternam, & si qua
virtus si qua laus est, in hac vita, exhibentur & præstantur,
ut nomine Christiano dignum est, Quæ gloria populi Dei pro-
pria, ut à mundo non magna aestimetur, attamen in oculis &
conspèctu Dei non alia maior est ac habetur, quæ & sola glo-
ria vere nominanda est. Quod autem pastoribus Isaac eue-
nit, ut fontes, quos serui Abraham foderant, palestini pastores
iniecto Cæno, & ruderibus obturarent: Idem fit & nostra
memoria inter nos (qui sumus à pontificijs alieni) in articulo
Sacrosancto de persona Christi, ut illud fundamentum salu-
tis nostræ, quidam sapientia externa oppugnent, si modo So-
phistica sapientia dicenda est, quam Paulus inanem deceptio-
nem vocat. Quemadmodum autem Pastores Isaac cum Pa-
lestinis dimicabant, & Cænum ac Venena, ex fontibus, quos
illi obstruere conarentur, eiciebant: Ita docentium in Ecclesijs
& Scholis munus est, ut Basilius in quadam Epistola monet
corrumpentibus doctrinam diuinitus traditam occurrere &
contradicere. Sancta enim rusticitas, ut ad Paulinum scribit
Hieronymus, quantum edificat ex vita meritò, tantum nocet
si destruentibus non resistat, quemadmodum resistere ipsis non
potest. Id nobis, qui versamur in ordinario docendi munere
hic quoque curæ & cordi esse, iuxta Dei mandatum, quo iu-
bemur ipsi benedicere de fontibus Israel, ex Thesibus, quas his
diebus opposui disputationi recens habita Witeberga, & V.
Magnificentia & Amplitudini obseruantie causa offero de-
misse,

missis, iudicandum relinquo. Persuasum est vestra praestantia
proculdubio, operam dandam esse, ut veras & firmas sententias
teneamus ac defendamus in sacris & bonis literis, & omni-
um piorum & bonorum exempla idem docere nos videmus.
Nam qui hoc negligunt, ruunt ad sententias palam absurdas
cum in alijs rebus, tum in Ecclesiae doctrina. Itaque à vestra
Amplitudine studiosè & maiorem in modum peto, ut meum
in tradenda & propaganda & asserenda salutis doctrina,
(propter gloriam Dei & salutem animarum nostrarum, qui
est finis & conditi & redempti & conseruati tantisper ge-
neris humani) mediocre studium hinc aestimetis, & vestri
patrociniy benigna cura, Vos, quos patres huius Reipublicae
Deus esse voluit, nunquam non ad me respicere, & me cum
studijs meis habere commendatum velitis. Precor Deum ut
inclytam hanc urbem, Vna cum V. M. & A. diu incolumem
& florentem tueatur, & Ecclesiae ac verae doctrinae eam hospi-
tium esse faciat, ac premia pietati vestrae in hac vita & omni
aeternitate largiatur. Bene ac feliciter Valete. Breme ex meo
Museo 16. Iuly, Anno Christi Iesu, M. D. XCII.

V. Magnificentiae &
Praestantiae

Addictus & ob-
sequens

M. Iosephus Grabius.

A 3

THE.

THESES M. JOSEPHI
GRABII OPPOSITÆ THE-
SIBVS D. ÆGIDII HVNII.

I.



Sicut corruptelis fidei Christianæ
de Vnione hypostatica duarum natura-
rum Christi, quæ diu Ecclesias Germaniæ
exercent, alias controuersias imponi, &
has illis discussis ac dissipatis Deo propi-
tio sortiri finem vel modum.

II.

Propositio.

Quare postquam nuper Doctor ÆGIDIVS
HVNIVS VVitebergæ disputauit, atque initio ali-
qua, quæ Verbum Dei habet, statuit, paulatim vero ab
ijs discessit, quorum quædam parum explicauit, quæ-
dam palàm & immeritò repræhendit, si verùm dicen-
dum est, nonnulla falsa perplexæ orationis tricis im-
plicauit, & fidei Christianæ loco, cui tenebras offudit,
obtrudere studio habuit: Nos operæ precium facturos
esse iudicauimus, si repeteremus atque ostenderemus
paucis, & quæ fidei analogæ in suis Thesibus habet, &
quæ præterijt, & quæ inique carpsit, & quæ nebulis
obscuræ orationis falsa inuoluit & objecit, ac vera te-
xit & obscurauit.

III.

Dignitas hu-
ius articuli
fidei Christi-
anæ.

Nam Christus hunc sacrosanctum fidei Christianæ
Articulum à patre cœlesti reuelatum, & portis infero-
rum superiorem, & fundamentum Ecclesiæ, ac vitam
æternam esse testatur, Matth. 16.

Per.

IIII.

Pertinacia repugnantium veritati, nos in huius as-
sertione firmos, constantes ac fortes esse docet. Idem
hortatur animus in fratres propensus, qui in expedien-
dis tricis, quibus impediuntur, se iuuari cupiunt. Igi-
tur in eo, quod cœpimus, Deo, quem oramus per &
propter filium Immanuelem, Spiritu suo sancto nos
adjuuante progrediemur.

VERA QUÆ PLÆRA QUÆ

D. HUNIVS nobiscum se docere velle
serio videri vult.

V.

Fidei Christianæ sunt, quæ D. Hunius nobiscum
sentire ac tenere videtur.

PRIMO, Quod filius Dei à patre ante secula geni-
tus, Dominus noster Iesus Christus, sit seipsa subsistens
æterna persona ante incarnationem. Ioh. 1. In princi-
pio erat Verbum. Eph. 1. Elegit nos in ipso antequam
iacerentur fundamenta mundi. Pro. 8. Fui cum ipso ar-
tifex. Qui, quod est imago Dei in conspicui (Col. 1.)
splendor gloriæ patris, character substantiæ ipsius. Heb. 2.
apud Patrem esse dicitur. Vnde græci Theologi mo-
nent, quod Verbum, non Spiritus, sit patris imago.

Æterna hy-
postasis Filij
Dei.

Iohann. 1.

SECUNDO, Quod λόγος postquam incarnatus &
homo factus est, qui ante incarnationem diuinæ dun-
taxat naturæ fuit hypostasis, idem factus est carnis as-
sumptæ hypostasis, Ideoque Deus & homo filius Dei
& hominis in scriptura passim nominatur, & à scrip-
toribus Ecclesiasticis composita hypostasis dicitur.
2. Ioh. 1. Quod vidimus, quod audiimus, quod manus
nostræ

Composita
hypostasis
Filij Dei.



nostræ contrectarunt, Verbum vitæ anunciamus vobis. Apoc. 19. Eius nomen qui in equo sedet, indutus vestimento, tincto sanguine vocatur Verbum Dei.

TERTIO, Quòd vnus tantum sit Dominus Iesus Christus. I. Cor. 8. & in naturis ac natiuitatibus toto genere diuersis, vnus tantummodo filius, in æterna sua generatione ἀμύτως & patri coëssentialis; In temporali natiuitate ἁσάτως, & matri virgini coëssentialis, ex qua Corpus & animam rationalem seu humanam naturā integram, habentem omnes vires & appetitiones homini proprias, & infirmitates, quæ non sunt peccata sed pœnæ, assumpsit. Heb. 2. Ac retinet in ipsa vni-
In Christo
Vna hypo-
stasis diuinæ
& humanæ
naturæ, &
utriusq; na-
turæ veritas
ante & post
glorificatio-
nem in Vni-
one.

one personæ vt ante, sic post glorificationem Corporis, non phantasma, sed Corpus solidum, quòd carne & ossibus constat & omnes humanæ naturæ proprietates, beatorum glorificatis corporibus substantiæ & qualitatū ratione conforme, (Phil. 3.) habet.

QUARTO, Quòd anima Christi, quæ proficiebat intelligentia. Lucæ 2. in diebus carnis, vt Epistola ad Hebræos loquitur, extiterit etiam post mortem Christi in cruce, id est separationem à corpore, Matt. 27. Requiescente Verbo, vt Irenæus loquitur.

Anima Chri-
sti rationalis
in Vnione
profecit sa-
piētia & ex-
titit ipso
mortuo.

QUINTO, Quòd secundum Canonem Calcedonensem, vnus & idem sit Iesus Christus, filius Dei, Dominus & vnigenitus in duabus naturis in confuse, in conuertibiliter, indiuisè, inseparabiliter manifestatus haudquaquam NATVRARVM DIFFERENTIA propter VNIONEM sublata, sed magis utriusque naturæ proprietate seruata.

Insignis Ca-
non Calce-
donensis de
Idiomatis
naturarum
in Vnione
oppositus
Nestorianis
& Euthy-
chianis.

SEXTO, Quòd non alium filium pater ab æterno genuc-

genuerit, alium in tempore mater conceperit ac peperit, Sed vnum illum Dei & hominis filium: Et quod quemadmodum Gabriel ait, quod ex te nascetur sanctum vocabitur filius Dei: Ita Mariam Elisabetha Spiritu Sancto plena matrem Domini appellet. Luc. 1.

Non duo filij, sed vnus Dei & hominis filius.

2. INSERTA QUAE PRE- TERIIT.

VI.

Nomen Mariæ virginis, quo mater Domini appellatur, non agnoscebat ac recipiebat Nestorius (qui non Dei, sed Christi matrem dicebat) Vt & illam propositionem non amplectebatur, quæ modo recitata est: Vnum esse Dei & hominis filium & eius explanationes, quas contra ipsum & Eutychem, & manipulares horum tradiderunt Ecclesiæ doctores, quasque & illustrandæ & confirmandæ tantæ doctrinæ causa hic repeti necesse est.

VII.

Augustinus l. 1. de Trinitate: In assumptione formæ ferui à forma & persona Dei, vtrumque, Deus est, sed per assumptum Deum, sicut vtrumque homo est per acceptum hominem (Ita etiam vtrumque Dei & hominis filius dici potest.) Vigil. l. 2. c. 3. Verbi & carnis vna est eademque persona. Nam persona Verbi in carne est & persona carnis in verbo, Et Boethus: In eadem hypostasi idem Deus & homo. Si hominem intelligas, idem est homo atque Deus, quoniam est homo natura, Deus assumptione (actiue vt modo aiebat Augustinus propter assumptum Deum) Si vero

Vetus doctrina, quod in Christo Deus est persona & homo est persona: nec tamen due sed vna persona.

B

Deum

Declaratio
quomodo
Deus est per-
sona & ho-
mo est per-
sonæ, ne duæ
sint personæ.

Declaratio
quomodo
composita
sit hyposta-
sis.

Neq; vt Eu-
tyches do-
cet, neque vt
Nestorius
vult, Vnio
facta est.

Quomodo
facta sit V-
nio. τὸ α-
διασάτως.

Deum intelligas, idem Deus est atque homo, Deus natura, homo assumptione (passiue propter assumptam carnem) porro est vna persona, quia idem homo atque Deus, geminaq; natura, quoniam homo Deus. Anselmus de incarnatione verbi: Quemadmodum pater est Deus & filius Deus, & Spiritus S. est Deus: Ita in Christo Deus est persona & homo est persona, nec tamen duæ, sed vna persona. Damascenus l. 4. c. 5. Hypostasis Dei verbi ante incarnationem simplex erat & incompressa & increata. Incarnata autem facta est carni hypostasis: Et composita facta est ex Deitate, quam semper habuit, & ex ea, quam assumpsit carne, & fert naturarum duarum proprietates, cognita in duabus naturis. Incommoda nisi sit vna hypostasis composita, ferens duarum naturarum proprietates & cognita in duabus naturis, Nestoriana diuisio in duas hypostasies aut Eutychniana cōfusio. Quare ipsa vna hypostasis increata est diuinitate, & creata humanitate, visibilis & inuisibilis. Quia alioqui compellimur aut diuidere vnum Christum duas hypostasies dicentes, aut naturarum negare differentiam, & versionem inducere & confusionem. Et l. 3. c. 3. Ideo ex duabus perfectis naturis diuina & humana credimus Vnionem factam esse nō secundum massam aut cōfusionē aut mixtionē, vt à Deo repulsus inquit Dioscorus, Eutyches & Seuerus & eorum scelerata cohors. Neq; τὸ ἁποσπαστικῶς (id est personalem, in qua cōiunguntur duæ personæ) aut habitualem, vel secundum dignitatem, aut eandem voluntatis conspirationem, aut honoris æqualitatem, aut homonymiam, vt dixit Nestorius: Sed secundum hypostasim, sine CONVERSIONE, CONFUSIONE, alteratione, DIVISIONE, DISTANTIA (ἡ διασάτως) Quæ & substan-

substantialis dicitur id est vera, non secundum phantasia-
m, apparentiamque fallacem, neque quod ex dua-
bus naturis vna perficiatur natura: Sed quod vnitæ
sunt ad inuicem secundum veritatem in vnam com-
positam hypostasim filij Dei, & earum substantialem
(veram) differentiam astruimus saluari. Nam creatum

Mansit creatum, & increa-
tum, increatum, & CIR-
CVMSCRIPTVM Mansit cir-
cumscriptum, & INCIR-
CVMSCRIPTVM Mansit in-
circumscriptum. Hoc autē
MIRACVLIS claret, illud IN-
IVRIIS subjacet.

Idem Damascenus l. 8.
c. 9. Ipsius verbi hypostasis
vtriusque naturarum hy-
postasis existens, neutram
insubsistentem esse permit-
tit, neque alterius esse hy-
postaseos, quandoq; quidē
huius, quandoque vero il-
lius, sed semper vtriusque
indiuisibiliter & inseparabiliter est hypostasis.

Cassianus: Quicquid de Domino nostro Iesu Chri-
sto dixeris, totum dicis & in Dei filio hominis filium,
& in hominis filio Dei filium nuncupabis tropo Sy-
necdoches, quo & à parte totum intelligitur, & à toto
portio nominatur.

Idem regula scholasticorum, (quos in explicando
Trinitatis & Vnionis personalis mysterio multa non

Composita hypostasis filij Dei &
naturarum vera differentia.

Ad hunc locum, qui habet par-
ticulam $\alpha\ \sigma\iota\alpha\varsigma\acute{\alpha}\tau\omega\beta$ D. Huius
subinde prouocat. Igitur arbiter
is controuersie, quem tulit esto.
Vna cum Canone Calcedonensi
quē Thesi decima allegat, quan-
quam Verba, quæ Nestorianis &
Eutyckianis minime placēt, hæc
videlicet, Haudquaquam subla-
tis, sed magis saluis vtriusq; na-
turæ Idiomatis propter Vnionē
subinde prætermittit. Quamo-
brē cum Thesi decima, illa verba
quæ sūt custodes particularū in-
cōfuse inconuerse, inseparabiliter
indiuisē etiam exclusisset, paulo
ante integre recitauimus.

Nota: Particulas indiuisibiliter
& inseparabiliter, referri etiā ad
vtriusque naturæ hypostasim.

Synecdoche
Cassiani.

Regula Scho-
lasticorum.



modo pie, sed etiam erudite elaborasse" D. Lutherus
tateatur) docet: Siue Deus siue homo dicatur, semper
supponitur hypostasis vtriusque naturæ, ac de quolibet
supposito alicuius naturæ dicitur nomen signifi-
cans illam naturam in concreto.

VII.

Explicatio
propositio-
nis: Filius
hominis est
filius Dei
viuentis.

Igitur in hac propositione: Filius hominis est: **filius**
Dei viuentis, vox filius hominis non significat huma-
nam duntaxat naturam, vt sentiunt Eutychniani. Neque
nos dicimus & credimus, eam designare solam diuinam
naturam ut obtreçant maligni: sed personam subsi-
stentem in duabus naturis, Idem existimamus de si-
milibus.

VIII.

Illustrium
testimonia-
rum Scripturæ
de Vnione
personali
collatio.

Iuxta hæc, quæ ex patribus Orthodoxis verbo Dei
consentanea recitauimus, accipimus, quod Thesi 14.
D. Hunius pergit: Ob hanc personæ seu hypostaseos
identitatem verbum prædicatur caro factum, Germen,
Dauidis, Iehoua, Ieremiæ 23. Secundus Adam Domi-
nus de Cælo 1. Cor. 15. Postremus Adam Spiritus vi-
uificus. Et quod vnus est Christus non conuersione
Deitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in
Deum. Postremo quod Phrasis Euangelistæ, Verbum
caro factum est, sequentibus verbis, & habitauit in no-
bis, illustratur, quæ Apostolus repetit Col. 2. In Chri-
sto habitat omnis plenitudo Deitatis $\theta\omega\mu\epsilon\tau\iota\kappa\omega\varsigma$: Et
quod idem dicitur Heb. 2. Iesum participem factum
carnis & sanguinis puerorum, vt per MORTEM aboleret
mortis imperium (quæ postrema verba D. Hunius o-
misit.) Quemadmodum & Gal. 4. est, Postquam venit
plenum

plenum tempus, Deus misit FILIVM SVVM natum ex
 muliere, factum legi OBNOXIVM, vt eos, qui legi ob-
 noxijerant, redimeret in adoptionem filiorum: In
 quam sententiam Athanasius Dialogo quarto scrip-
 sit: Volens seruare PASSVS est, & volens PATRE vniuit
 sibi, quod semel vnitum nunquam dimisit. Eodem
 pertinent etiam verba Theodoretī, quibus in Dia-
 logo primo dictum Pauli Philip. 2. cum Euan-
 gelio Iohannis comparauit. Cum enim dixisset
 (Euangelista) inquit Orthodoxus in illo Dialogo,
 Verbum caro factum est, addit, & habitauit in nobis,
 hoc est tabernaculum figens, & quasi quodam templo
 vtens ex nobis assumpta carne dicitur factum esse ca-
 ro, & docens quod immutabilis manserit (contra Eu-
 tychem (adjecit, & vidimus GLORIAM eius, gloriam
 quasi VNIGENITI A PATRE, qui est plenus gratia &
 veritate. Etenim carne circumdatus ostendit pater-
 nam nobilitatem & DIVINITATIS RADIOS sparsit, &
 dominicæ potestatis emisit fulgorem, MIRACVLIS
 patefaciens latentem naturam, His consentanea sunt,
 quæ ad Philippenses scripsit diuus Apostolus: Hic
 sensus sit in vobis, qui fuit & in Christo Iesu, qui
 cum esset in forma Dei, & quæ sequuntur: Vide præ-
 dicationis consonantiam: Euangelista dixit, verbum
 caro factum est & habitauit in nobis: Apostolus vero,
 formam serui assumpsit. Rursus Euangelista dixit, vi-
 dimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à pa-
 tre, Apostolus vero, cum esset, in FORMA DEI, non
 rapuit æqualitatem Dei. Ac vt summam dicam,
 vterq; docet: Quod sit DEVS ET DEI filius, & ean-
 dem habens cum GENITORE NATVRAM & potentiam.

Theodoretī
 Collatio ver-
 borum Euan-
 gelistæ cum
 dicto Apo-
 stoli, quæ
 Canoni
 Calcedonēsi
 (qui est pe-
 stis Nestori-
 anorū & Eu-
 tychianorū)
 plurimū lu-
 cis affert,
 summam fi-
 dem conci-
 liat.

Veritas hu-
 manæ & di-
 uinæ nature
 in Vnione,

Qui autem in principio, & apud Deum & Deus erat,
& creaturam fabricauerat, formam serui assumpsit.
Ac visus est quidem hoc solum esse, quod videbatur.
Erat autem Deus humana circumdatus natura, & ho-
minum reparans, salutem. Hoc significat oratio, ver-
bum caro factum est, Item in similitudine hominum
constitutus & habitu inuentus vt homo. Hoc enim
solum viderunt Iudæi, Ideo ad ipsum dixerunt (Ioh. 10.)
propter bonum opus non lapidamus te, sed propter
blasphemiã, quia cum sis homo, facis teipsum Deum.
Et rursus, hic homo non est à Deo (Ioh 9.) quia non
obseruat Sabbatum. Hæc Theodoretus.

IX.

Haftenus in articulo de Vnione hypostatica duarū
naturarum Christi, fidei Christianæ florem nobiscum
decerpere velle visus est D. Hunius: Et tamen aliqua
minus explicauit, quædam de industria truncauit.
Quæ bono studio ex vsitata fidei Christianæ doctrina
recitauimus. In his, quæ sequuntur, Perquam leuibus
cauillis illa eludere, & suum dogma Nestoreutycheū
sufficere laborat. Quod quia, vt fert natura falsi dog-
matis, futilibus friuolarum nugarum fallacijs suspen-
dit, maiorem suarum operarum inanitatem, quàm ara-
nearum esse declarat: Quæ tamen, quia multos cre-
dulos & incautos fascinant ac dementant, ne nimium
noceant, Deo nos regente & iuuante præstabimus,
quantum modo possumus.

3. *VERA QVÆ TEMERE RE-
PRAEHENDIT D. HVNIVS.*

Totum

X

Totum λόγον incarnatum esse nos docuimus & docemus teste Isagoge p. 66. Idem sentire videtur D. HUNIVS cum ait 18. Thesi : Tota plenitudine Deitatis λόγον carni vnitum,

XI.

Vt autem credimus, & tamen confitemur nos intelligere & explicare satis non posse : Quod Deus in solo caelo totus & in sola terra totus solus, & nullo contentus loco, sed in seipso vbique totus est : Et quod nouit vbique esse totus, & nullo contineri loco, Nouit venire accedendo vbi erat, nouit abire non deserendo, quo venerat, quemadmodum Augustinus Epistola 53. ad Dardanum citans & illustrans prophetarum dicta Esaiæ 66. Ier. 23. Psal. 139. inquit : Ita non diffitemur, infirmitatem & angustiam pectorum nostrorum, & orationis tenuitatem, non plus capere & cōsequi posse, quod Augustinus de incarnatione verbi nobiscum negat : Omnem Deitatis Christi maiestatem INTRA Breuissimi corporis claustra coërcitā, & ait nobiscum : Quod IN CORPORE TOTVS & vbique totus adsit filius Dei, & Iohannē de absente Iesu ad turbas dixisse : Medius vestrum stat, quem vos nescitis & hoc eum vere dicere non potuisse de absente Iesu, quantum ad corporalem præsentiam attinet. Item, in hac VNITATE personæ Christi, per id quod Deus est, TANTVM VBIQUE, per hoc autem quod homo in COELO. Et tamen totum Christum vbique esse, quamuis non secundum vtramque simul naturam. Sic autem hominem in Deo in VNITATE personæ, vbique esse intelligi, si

Articuli fidei Christianæ : Deum vbique esse totū in caelo, in terra, in seipso &c. Et filiū Dei esse in carne assumpta & vbique totum.

Vbiquitatē humanitatis Augustinus palam negat sicut passionem diuinitatis, Hunius negat Exclusiones in dictis August. similibus.

gi, si



gi, sicut Deus in homine est crucifixus, ac proinde ut ad SOLAM in Deo carnem passio est referenda, SOLAM quoque in Christo diuinitatem esse vbique. Hæc Augustinus.

XII.

Eodem pertinent scholasticorum pronunciata, quæ ex illis Augustini manasse videntur: Totus Christus, id est, tota persona in vtraque natura subsistens est VBIQUE, sed non TOTVM, id est, vtraque natura. Item in Christo personam EXCEDERE naturam assumptam, quia persona vbique est, non natura assumpta.

XIII.

Quæ omnia ad eundem scopum collineant, scilicet quod totus λόγος incarnatus sit, eaq; D. Hunium nobiscum constanter credere ac tueri cogebant inter alia hæc: & quod Vnionem hypostaticā, Canone Calcedonensi assertā, (qui contra Eutychianos cōfundentes Idiomata in Vnionem promulgatus est) Thesi decima se approbare testatus est, quem truncare ipsi non licet, per formulam Concordiæ, ut nominatur, Ad quam Thesi tricesima octaua prouocat. Ille enim liber hunc Canonem etiam non mutilauit, & itidem facere Hunium teneri ostendit: Et quod, cum scripsimus in refutatione pag. 54. Ut Christus TANTVM Spiritus est Viuificatus (1. Pet. 3.) & non carne, ita idem duntaxat SPIRITVS realiter est VBIQUE & non humanitate, hoc verissimum esse in hunc vsque diem negare non ausus est. Quo confirmauit verissimum etiam esse, quod in eadem pagina est ante Verba modo repetita: Ut Christus passus est TANTVM carne, (1. Petri. 3.) ac non fuit impaf-

Juxta dictū
1. Petri 3. D.
Hun. Chri-
stum tantū
diuinitate
vbique esse
(ut & Augu-
dicit) con-
cessit.
D. Hun. con-
firmavit ve-
rissimū esse,
quod Chri-
stus ut pas-

impassibilis carne, ita ille carne **TANTVM** est in loco, & non **VBIQVE**. Nam **ANTITHESIS** in verbis Petri conuenit & supeditat exclusiuas.

fus carne tantum, ita carne tantum in loco sit, & non vbiqve.

XIIII.

Sed vt in Comment. ad Eph. pag. 330. eludere illa, vel potius illudere repetito suo errore veteri, (quod humanitas Christi in loco sit, & respectu vnionis vbiqve sit) voluit, quæ refellere non potuit: Ita in præsentia fastidit vsitatam Ecclesiæ doctrinam, qua contra Nestorium totum λόγος incarnatum esse statuimus, & contra Eutychem (ne ille cum sua familia diuinitatem in vnione finitam faciat, quemadmodum carnem vbiqve esse contendit,) **INCIRCUMSCRIPTVM** manere **INCIRCUMSCRIPTVM**, iuxta Canonem Calcedonensem & perpetuam scripturæ sententiam defendimus, Quod Augustinus ex natura & descriptione Idiomatis, quam vbiqve nominamus (breuius dictum declarans & illustrans) splendidius dixit, Filium Dei totum in Corpore & totum vbiqve esse. Dum autem ille vsitatam Ecclesiæ doctrinam aspernatur, & contrariam opinionem amplectitur, quod natura diuina Christi in Vnione finita sit, nunc de circūscriptione seu finitione facit hoc, quod & antehac de vbiqve fecit, id est, vt Vigilus lib. 2. c. 2. dicit: Cum Nestorio proprietatem attendens à personæ excidit Vnionem, & cum Eutyche attendens ad personam, neglecta **VERA** distinctione Idiomatum in **IPSA Vnione**, sic desciscit à distinctione Idiomatum, & admittit naturarum confusionem.

D. Hun. vsitatam Ecclesiæ doctrinam spernit, & fit absurda seruū pecus.

Nestorianismus & Eutychanismus secundum Vigilum.

XV.

C

Thesi



*Et sic ut
- ut si cum
- in locis
- in partibus*

Hun. coelat
scopū, obij-
cit ambigua
& captiosa.

Quæ sint ve-
re partiales
Vniones,
quas ita no-
minat Hun.

Qui ijs quæ
reprehendit,
meliora o-
stendere nō
potest, suam
temeritatem
patefacit.

*Similia
- ut si cum
- in locis
- in partibus*

Thesi 19. Vnionem duarum naturarum Christi hy-
postaticam, quæ **TOTALIS SIT**, ineptè coferri ait, cum
exemplis partialium Vnionum vt loquitur: puta so-
lis aliquam sui orbis partem contingentis, gemmæ
annuli sui parti inclusæ, Anuerpiæ ad Oceani partem
sitæ. Sed non indicat, illa exempla adhiberi ad decla-
randam Vnionem infiniti Verbi cum finita carne, & ad
illustrandam **VNIONEM INCONFVSAM**. Ambiguum
est, quod Vnionem totalem dicit: Captiosum, quod
partiales Vniones, in quibus tota iunguntur
totis, maiora minoribus aliqua sui parte: Cum par-
tiales Vniones, vt nominat sint & habeantur in
quibus pars duntaxat adiuncti recipi à suo subjecto
potest, à quo totum capi posse debebat, siue vndequa-
que siue in parte ei jungatur, prout rei ratio exigit &
patitur. Hoc ipse terminus relationis, qui relationem
denominat edocere D. Hunium poterat. Ad hæc si
incommodæ etiam similitudines essent (quæ tamen
aliquo modo commonstrant, vt maiora minoribus,
ita infinitum finito quoque junctum & Vnitum esse,
quod aptioribus exemplis D. Hunius non declarat,
quantumuis ea stultitiæ nomine condemnet) res ni-
hilominus salua esset. Quandoquidem similia nō pro-
bant, sed proba illustrant. Specifica illa similia con-
tempfit, quæ abusum sui negant, & Idiomatum con-
fusionem, quæ Doctori Hunio proposita est, re-
spuunt.

XVI.

Ad illam cōfusionem, qua naturam diuinam Chri-
sti in Vnione finitam parturit, vt anima hominis à
corpore



corpore hac proprietate non differt, (quemadmodum
statim subdit vicesima prima Thesis) veterem Iusti-
ni martyris & Philosophi similitudinem de Vnionem
animæ rationalis cū corpore, vt conuenientiore non-
mine Athanasij & Cyrilli commendat. Quæ incon-
fusam Vnionem in Persona Christi, quæ Animæ &
Corpori Idiomatica communia sunt, custodire qui-
dem nequit: Et hætenus quoque laudari ab Hu-
nio videtur, qui, vt apud Herodotum Mardus Hy-
reades in oppugnatione Sardium, cum frustra defa-
tigarentur copiæ Cyri fecit, in arcem causæ nostræ,
vbi scilicet Vacua à defensoribus cernitur, inuadere
& ea potiri sperat. Sed bona hæc ratio ipsum sub-
uertit. Nam vt modo diximus, SIMILE NON per
omnia est idem, atque falsa non confirmat, qua par-
te vera non iuuat, sed SOLVM proba illustrat. At
IMPROBVM ESSE DOGMA, quod natura di-
uina Christi in Vnionem sit finita, extra controuer-
siam est. Tum dicit Hunius, Athanasium & Cyril-
lum ista similitudine vsos esse. Ergo verum eius vsus
à tantis magistris discere ipsum oportebat, neque hac
ipfi per eos abuti malè licet. Vsi vero sic sunt, vt ex
Vnionem personali duarum naturarum Christi elimi-
narent inter alios Hunij errores, illum non vetustissi-
mum de passione diuinitatis in Vnionem, & recentio-
rem de eiusdem diuinitatis finitione, confitentes in
Symbolo Deum & hominem vnum esse non CON-
FVSIONE SUBSTANTIÆ, sed Vnitate personæ. Quo
ipso in Vnionem personali non saltem finitatem & in-
finitatem, sed omnia vtriusque naturæ Idiomatica dif-
ferre, & discernenda esse & quælibet suæ naturæ

Arx causæ
Hunianæ.

D. Hun. non
honore ha-
bet suis ma-
gistris, sed
quantum in
se est ipsos
deformat.

tribuenda & asserenda docuerunt, quemadmodum hoc ipsum in perpetuis scriptis suis semper faciunt, & ei, qui non claudere oculos & offendere, quam aspiceret gratissimam & saluberrimam lucem, & incolumis esse mauult, solem veritatis præferunt.

4. *FALSA PERPLEXÆ ORATIONIS NODIS IMPLICATA,*
& vera obscurata.

XVII.

Nihilominus autem D. Hunius prætexens culpam nobilissimis nominibus duorum Ecclesiæ luminum Athanasij & Cyrilli Thesi 21. asseuerare non erubescit: Sicut anima sua substantia non est extra Corpus, sic λόγος extra suam carnem non esse, nec quæri aut inueniri posse. Quin Athanasius & Cyrillus reduces in vitam si coram audirent sua autoritate aburētem fingere ac pingere hoc tetrum dogma, quo diuinitatem Christi humanæ ipsius naturæ exæquat, pristinum *κετλιαβρον* repeterent: Vnde ista prodierunt? Quis infernus ista euomuit? Sed similitudo, qua parte veritati non prodest, falsum dogma stabilire nequit: Neque aliud D. Hunius illius erroris fundamentum habet, qui hoc ipsum suum nouum dogma peius esse nouis nummis & nouit & prodit, quod hac plana oratione affirmatiua enunciare illud veretur, sicut anima in corpore: Ita diuinitas Christi in carne assumpta finita est, In Thesisibus de adoratione carnis Christi, propter carnis vbiuitatem omniscientiam & omnipotentiam (quas ante sexennium refelli in Isagoge) & libellis

Prodit seipsum Hunius ut impostura sua sibi est conscius.

libellis quaestionum, quos tunc primum emiserat, & enarratione Epistolæ ad Ephesios, idem non extat. Igitur amor errorum in eo crescit, quantum errores ipsi crescunt, addente animum successu, (vt Tyranno Siculo felix nauigatio) de quo in suis chartis palam gloriatur.

XVIII.

Ex diametro illi Hunij errori fides Christiana aduersatur, quod vt ait Augustinus: Totus est in corpore & vbique totus filius Dei (ex natura & descriptione Idiomatis, qua scriptura vbique esse docet, quod totum est vbique & in singulis locis vnum atque totum, vel vt inquit Damascenus, In ipsa Vnione **INCIRCUMSCRIPTUM** manet **INCIRCUMSCRIPTUM**, & circumscriptum **MANET** circumscriptum. Ideo quod fides Christiana in ipsa Vnione distinguit Idiomata, ac diuinitati infinitatem & omnipræsentiam suam, & carni finitionem & localitatem suam contra Eutychianos asserit, id Hunio Thesi 22. est errare. Itaque male exagitat primum id, quod in Vnione circumscriptum manere circumscriptum dicitur, quasi hoc ipso Vnio ad Vnius loci angustias redigatur. Deinde hoc, quo incircumscriptum manere incircumscriptum confirmatur: quasi fingeretur, vno & solo loco, vbi natura Christi humana visibiliter commoratur, esse λόγος in carne, præter hunc locum autem in innumeris reliquis subsistere extra carnem. Sed quoniam fides Christiana eo modo Idiomata contra Eutychianos recte discernit, in illa γλωσσαιολογία quæ plane discrepat à rei veritate, nihil esse ponendum certum est. Nobis ad certam regulam loqui fas est, vt ait Augustinus, ne licentia ver-

Hun. vrget
Idiomata
contra natu-
ras in Vnio-
ne, quæ est
methodus
ad Eutychi-
anismum.

horum ; de rebus quæ his significantur impiam gi-
gnat opinionē. Indocti & instabiles mouent stultas &
ineruditas quæstiones, & intellectu difficilia detor-
quent. 2. Tim. 2. 1. Pet. 3.

XIX.

Hun. Apo-
stoli Verba
tanquā stulti
hominis &
vilissimi mā
cipij dicta
suis somnijs
& fanaticis
deliramētis.
infamat &
inquinat.

Hun, refellit
seipsum.

Sane Thesis 23. ad nouum & antehac inauditum
dogma, de diuinitate Christi finita in carne, detorquet
verba Apostoli Col. 2. In ipso inhabitat omnis pleni-
tudo Deitatis corporaliter, & qualicunq; horum ver-
borum occasione, nominat illud CORPORALEM inha-
bitationem & immanentiam omnis plenitudinis Dei-
tatis in carne, & prænarat, hoc esse ex Apostoli defi-
nitione Vnionis personalis. Orationis nouitas aut dis-
sidia aut errores parit, qua tamen delectatum esse au-
thorem in hoc inuento apparet. Sed antequam illud
protulit, in Thesi 16. destruxit, cum similem locum
Ioh. 1. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis,
non intelligendum esse de conuersione Verbi in car-
nem asseuerauit. Quare cum opinio, quod natura
Christi diuina in carne finita sit, ex solo hoc antecede-
te pendeat, vt natura diuina mutata sit in carnem, (cui
etiam mentio plenitudinis Deitatis reclamatur) Et
Hunius illud antecedens damnarit, Vna eademque
opera consequens de natura diuina, quæ finita sit, e-
uertit, ac simul SVAM IMMANENTIAM CORPORALEM
sonum sine mente esse demonstrauit.

XX.

Farrago ado-
leschiarum.

Itaq; quod pergit (ex illa Violatione loci ad Col. 2.
ad suam opinionem) per immotam consequentiam in-
ferri, quod Vbi in carne CORPORALI IMMANENTIA
nō habitat, sed extra illam fingatur λόγος, ibi nec Vni-
tus

tus cum ea dici possit. Item, quòd statuendum foret
ἀ·γος, extra suam humanitatem cōsistere, & hoc esset
indistantem Vnionem locorum spacijs distrahere: ea
farrago est inconditarum adoleschiarum. Nam ina-
nis gloratio est, de immota consequentia, cuius an-
tecedens ipsemet induxit ac deleuit. Quia vero nihilo-
minus mordicus errorem retinet, ius statuendi de ve-
ritate vel erroribus amittit: Quod nemo habet, nisi qui
veri ac recti Vnice studiosus asseritor est, quod & sui &
prauī regula est, cū prauū neutrius Canon sit & Iudex.
Negans proprietates, negat naturas: Negans Naturas
negat Vnionem, & rursus asserens proprietates (scili-
cet in Vnionem) asserit naturas, asserens naturas asserit
Vnionem. Vtrum D. Hun. fuerit propositū à Thesi 17.
usque res ipsa ostēdat. Nusquam finitam & infinitam
naturam Christi in Vnionem discernendam esse dicit.
Exempla specifica, quæ pertinet ad declarandam Vnio-
nem naturæ finitæ & infinitæ, vituperauit. Generali
similitudine de Vnionem animæ & Corporis abusus est,
ad suam confusionem, quæ ad incōtusam Vnionem
duarum naturarum iuxta omnia Idiomata, quæ sunt
propria in quarto modo declarandam pertinet, & quo-
modo loco ad Colossenses vsus sit, modo dictum & vi-
sum est. Nihil attinet, eum, qui contra Hun. negat, di-
uinam Christi naturā esse in Vnionem finitam, fingere,
quod λόγος extra carnem sit. Fides Christiana est, in
ipsa Vnionem hypostatica finitam esse carnem, & simul
in corpore totum & vbique totum esse filium Dei.
Et cum sic vtriusque naturæ veritas iuxta suas pro-
prietates in Vnionem custoditur, Vnio personalis ἐστὶ
ἁπλοῦς facta tectaue conseruatur, Nec excluditur ab
Vnionem

Hunio non
est cordi di-
stinctio infi-
niti & finiti
in Vnionem.

Vnionē naturæ diuinæ immensitas, & naturæ huma-
næ circumscriptio, ne aboleatur veritas naturarum &
Vnio deleatur. Quam citra naturarum veritatem,
quæ à suis earum Idiomatis pendet, consistere non
posse, secundum scripturam Canon Calcedonensis
testatum ac notum facit, qui dicit nequaquam sublata
esse sed magis salua vtriusque naturæ Idiomata in
VNIONE ET PROPTER VNIONEM.

XXI.

Ipsemet pa-
lām prodit
quod statu-
at diuinita-
tem Chri-
sti finitam
esse.

Thesi 23. Negat se finitam facere personam Verbi,
cum statuit, vt anima non est extra Corpus, ita λόγος
extra carnem non esse. Quasi quod negatiue dicit,
quia non in æquipollente forma orationis affirmati-
uæ enunciat, non perinde dicat. Non certe ita loqui-
tur fides Christiana, quæ totum λόγος incarnatum esse
docet contra Nestorium: Et quod non verbotenus
sed reuera ita vt res est, statuatur & loquatur: In ipsa
Vnionē personali, & incircumscriptam naturam di-
uinam Christi manere incircumscriptam, & humani-
tatem eius finitam manere finitam, contra Eutychem
& gregales ipsius asserit. Vbi & quando Hunius hoc
agit & facit? Qui quæ potest aduersus hanc doctrinam
sanam & planam, parat & molitur, & tamen is haberi
vult, qui Vnionem totalem serio tueatur. Ex illa opi-
nionē sua, de natura diuina Christi finita in carne in-
ferri ait, quam IMMANENTIAM corporalem prius no-
minauit, & inhabitationem, nunc præterea incarna-
tionem appellat. Sed quam ipsemet demoliri docuit
antequam extrueret, male inferri dicit. Neque ad
scripturam afferre nostras opiniones, sed ex illa hauri-
re &

re & efferre diuinam sapientiam debemus. Diluere igitur nequit, quod quantum in se est, naturam Christi diuinam finitam faciat. Quod sane statuere, sibi necessarium esse ducit, quoniam carnem Christi omnipresentem esse sentit. Sed quondam illud non sensit. Quare & illud & hoc fictitium dogma est. Nam nihil verius est, quam ut Christus tantum Spiritu est viuificatus, ita idem tantum Spiritu ubique sit, & quod carne idem ubique non sit. Quod inficiari nemo Christianus potest. Scit quidem falsum esse, quod natura diuina Christi in Vnione finita sit: Sed tamen commentum placet. Ideo quamuis quilibet haerere ipsi aquam videat, ubi de natura diuina dicere instituit, eam a se non reddi infinitam (quod sane committit, quantum in se est) eo omisso multiplicat propositiones, & ait, quod ita humanitatem finitam in infinitam filij Dei hypostasim attollat. Quod oppositum in adiecto est. Quomodo enim humanitatem euehat in infinitam filij hypostasim, qui hypostasim Verbi in ipsa Vnione INCIRCUMSCRIPTAM esse neque docet, neque pugnat? Quemadmodum simile $\alpha\beta\gamma\delta\epsilon\zeta\eta\theta\iota\kappa\lambda\mu\nu\pi\rho\sigma\tau\upsilon\varphi\chi\psi\omega$ est, quod qui finitam facit naturam diuinam Christi in Vnione, eam ab infinitate sua non deiciat. Par vanitas & falsitas est, quod sic efficiat ne $\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$ a sua carne absit, & ut ei sine distantia vnitus sit. Nam antequam D. Hunius ex eo, quod in Isagoge ipsi obijeci, si natura humana in Vnione ubique sit, oportere diuinam naturam in Vnione finitam esse, antequam, ex hoc inquam arripuit, ac sentire cepit, naturam diuinam finitam esse, & scripsit pro hac sententia, quod sicut anima non est extra Corpus, ita $\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$ extra carnem

D

nem



nem non esse, & diuina Christi natura carni insepara-
biliter & indistanter vnita fuit, efficiente ante com-
plures annorū ἐξάτοντάδας id, admiranda, inenarrabili
& incredibili bonitate, sapientia, & omnipotentia Dei
propitij. Igitur illa opinio Huniana est ὀρθόδοξος Or-
thodoxus apud Theodoretum admonet, fugere im-
pium sermonem, & metuere poenam.

XXII.

Thesis 26. malum malo fanat, & extra quendam
locum naturam diuinam Christi esse blattit: Eum vide-
licet, in quo natura Christi humana per essentiae con-
ditionem versatur. Sed natura Christi humana non
est alia, nisi quæ in ipsa arctissima Vnione hypostatica,
qua subsistit in Deo Verbo, finita est. Nestoriana
parastasis ita per essentiae conditionem, seu vt aliàs lo-
quitur Hunius, proprietate naturali considerat huma-
nitatem, & eo pacto excidit à personæ Vnione secun-
dum Vigilium. Quare qui respectu huius Nestoria-
nismi, non esse λόγος nullibi extra locum dicit, nihil di-
cit. Siquidem non entium non sunt qualitates.

XXIII.

Hunius di-
uinae Christi
naturæ, quæ
detraxit in-
finitatem in
Vnione,
reddere
nequit.

Thesis 27. 28. & 29. discernit humanitatem & lo-
cum, & humanitatem λόγος vnitam esse, & locum per-
petuò extra hypostasim Verbi manere dicit. Et mirū
non esse, si λόγος sit extra locum humanitatis, extra
substantiam vero humanitatis minimè. Docere non
potuit, naturam diuinam, vt vult, in Vnione finitam
esse. Quis ei, postquam hoc nihilominus sentit: &
scit, se infinitatē λόγος in Vnione detraxisse (qui spoli-
andus illo Idiomate prorsus non est) credat, quod suis
illis

illis fictitijs distinctionibus ei infinitatem restituat?
Quantò satius erat audire docentem in scriptura Spi-
ritum Dei, qui in labyrinthos eiusmodi, fideles disci-
pulos non conijcit.

XXIIII.

Thesi enim 29. simile quiddam eius, quod dictū est
de diuinitate in carne finita refert: quod humanitas in
Vnione ubique sit, quę proprietate naturali sit localis.
Sed hunc esse Nestorianismū & Eutychianismum, qui
vtriusq; naturę Idiomata extra Vnionē discernit, & in
Vnione confundit, ex Canone Calcedonensi, Vigilio,
imò ipsa scriptura cōstat. Prodit autē errorē prodigio-
sis verborū inuolucris, quibus eum subinde tegit. Nam
quod planissimè dici poterat, nisi friuolum, fallax &
impium esset: Diuinitatem Christi in Vnione perso-
nali finitam esse, his verbis perplexus perpetuo cœlat,
sibi, & causę malę non benefisus: λόγος non esse ex-
tra substantiam humanitatis, sicut Anima non est ex-
tra Corpus. Idem de altera propositione, quę huic
ἀντιστοιχεί & verustior in eius scriptis est, facit. Sci-
licet de hac, quod humanitas in Vnione sit ubi-
que. Nam hoc est Hunio humanitatem vi Vnio-
nis personalis supra localitatem in ipsa filij persona
subsistere, & hoc respectu, eandem istum locum, in
quo ALIAS (proprietate naturali) commoratur, in-
effabiliter transcendere. Honestior veritas est, quam
vt eam suis Verbis recitare, nedum aperto Marte
cum ea congredi ausit Hunius, firmior est, quam
ut eandem debellare possit. Error ipsius putidi-
or ac turpiore est, quam vt planius eum exponere,
& celebrare nominibus diuinorum scilicet patrum

Nestoreu-
tychez pre-
positiones,
de separati-
one & con-
fusione di-
uinę & hu-
manę Chri-
sti naturę.

De industria
captata ob-
scuritas ora-
tionis, nota
est fraudis &
imposturę,

Nestorij & Eutyichis ausit, & tamen à proposito, quod certe bonum non est, non abhorret ac recedit. Quid in doctrina salutis & veritate saluifica nobis non faciendum esse, illo exemplo ostendit?

XXV.

Studium lo-
quendi cum
scriptum est
studium be-
ne loquēdi.

Ex Epistola
ad Hebræos
c. 1. refutan-
tur & Nesto-
riam & Euty-
chiani.

Cap. 2. ad
Hebr. Vnio-
nē persona.
Item in con-
fusam do-
cet.

Thesis 30. & 31. ex epistola ad Hebræos arripit hæc Verba, quod Iesus Semen Abrahamæ assumpsisse dicitur, & rem dilucidiorē fieri putat, si considerentur assumptionis termini, quos præscribit: Vnde λόγος carnem & quo assumpserit, & ad Scholasticos prouocat, qui sic certè non loquuntur. Augustinus dicit, quod qui cum Deo (fonte sapientiæ & eloquentiæ) loqui desinunt, bene loqui & sentire dediscunt. Nazianzenus discernēs Vnionem hypostaticam duarum naturarum Christi ab alijs gradibus præsentia Dei, expendit verba præcedentia in eodem loco Epistolæ ad Hebræos, & ait contra Nestorium: Quod Christus Deus sit particeps humanitatis, atq; negat hominē esse participem Deitatis. Siquidem assumēdi vox omnem confusionem excludit: Theodoretus & Vigilius inde contra Eutychetem & manipulares docent, quod natura assumens non sit assumpta: & Damascenus, quod de humanitate non dicimus, quæ sunt Deitatis, vel de Deitate, quæ sunt humanitatis. Sequentia verba in eodem textu Epistolæ ad Hebræos, quibus dicitur: Debuit PER OMNIA fratribus similis fieri, vt per MORTEM aboleret mortis imperium. Inter alia & hoc habent: Ne Vnio hypostatica carnis cum Deo Verbo, infelicioꝝ ac deterior sit Vnione Animæ & Corporis ἡλικὸς ἐκείνου IN CONFUSA: Naturas duas in persona, Verbi

Verbi subsistentes, quemadmodum in hypostasi com-
munia habent Idiomata, vt persona ijs communis est: D. Hunius
scripturam
discerpi, aut
non ponde-
rat.
Ita in ipsa Vnionem, & propter Vnionem suis Idioma-
tis, quæ sunt propria in quarto modo inter se differre
ac distingui. Ex postremis his Verbis Epistolæ ad He-
bræos, quædam D. Hunius superioribus coniunxit
Thesi. 5. Media hic posuit. Sed non satis est, vt Syno- Synodus
Ephesina.
dus Ephesina inquit, fidem voce duntaxat confiteri,
nisi rectè eandem quoque interpreteris. Perpetua
scripturæ sententia, ex qua æstimatur doctrinæ veritas
in hoc fidei Christianæ articulo, in primis Nestorij &
Eutychetis præcipitia declinat. Idem faciunt Ortho-
doxi patres. D. Hun. vbi recitauit Canonem Calcedonem-
sem, (quâquam truncatum) & propositionem Nestorio
oppositam, nonnulla idem quidem cœpit: sed The-
si 42. contra Nazianzenum statuere videtur, quod
Christus sit homo particeps Deitatis. In præsentia ne-
que pondus in vocabulo ASSVMENDI, neque quid
hoc sit, DEBVI PER OMNIA FRATRIEVS SIMILES
fieri examinavit & expendit. Pro maximis rebus à
Spiritu Dei nobis hic traditis, terminos assumptio- Hun. termi-
nos à se præ-
scriptos ip-
semet con-
demnat.
nis, comparatos ad Nestorianam distinctionem extra
Vnionem, & ad Eutychanam confusionem prætextu
Vnionis præscribit. Quæ sua præscripta ipsemet, atro
calculo notauit, vbi & Thesi quinta locum ex Episto-
la ad Hebræos, quem iam attigimus, & Thesi 10. Ca-
nonem Calcedonensem citauit, quem ille ipse locus
Epistolæ integrum & inuiolatum tenere & custodi-
re cogit.

XXVI:

Assumpsit sane filius Dei carnem suam ex substan-

D 3

tia ma-

Hunius adi-
tum sibi fa-
cit ad Euty-
chianismum
sumens ex
scriptura,
quæ etiam
Nestorius
concedit.

tia matris virginis, quæ quia suum ab Abrahamo or-
tum trahit, vt loquitur Thesis 23. recte Apostolus id
assumptum Abrahæ semen appellat, quod ipse Nesto-
rius etiam non inficiatur. Sed doctrina de Christo to-
ta tenenda est, Itaque non solum quæ Eutyches aut
Nestorius concedunt, sed quæ illi etiam non largiun-
tur, in hoc articulo, qui illos maxime infensos & infe-
stos habet, hic etiam proponenda, vrgenda & incul-
canda sunt, Verbi causa: Quod in recitato textu ad
Hebræos est: Quod Iesus particeps sit factus carnis &
sanguinis puerorum, & fratribus per omnia similis
fieri debuit: vt per MORTEM mortis aboleret imperi-
um. Et quod hæc explicantur cōtra Nestorium Gal. 4.
Postquam venit plenum tempus, misit Deus filium su-
um, natum ex muliere factum legi obnoxium, vt eos
qui erant legi obnoxij redimeret in adoptionem filio-
rum: & Lucæ 2. Natus est vobis hodie saluator, qui est
Christus Dominus in ciuitate David, infans pannis
inuolutus, & in præsepi positus, quod erit vobis IN-
SIGNVM: Et contra Eutychem: Rom. i. declaratus filius
Dei per Spiritum sanctificationis, & Rom. 9. filius Da-
uidis secundum carnem. &c.

XXVII.

Cue Hunius
prætere
quæ Nesto-
rio & Euty-
cheti aduer-
santur.

Hæc fundamenta, quia docent Vnionem hyposta-
ticam duarum naturarū Christi, & huius testem com-
municationem Idiomatum, contra Nestorium, & ex-
plicationem communicationis Idiomatum, per parti-
culas distinctiuas in scriptura monstratam, custodem
veritatis naturarum in ipsa Vnione, contra Eutychem,
vbi D. Hunius habet? si credit, quod prima Thesis scri-
bit: Iesus Christus, in cuius VERA NOTITIA perpetuæ
salutis

Salutis cardo vertitur, est **D E U S E T H O M O**, persona
scilicet duabus naturis diuina & humana constans.
In Theſibus de adoratione carnis Christi propter
carnis vbiuitatem &c. Propositionibus oppositis Ne-
storio, nos errorem occultare (Theſi 137.) ſcribit, Quæ
propositiones ſunt aditus ad refutandum Eutychia-
niſmum. In Commentario ad Ephesios: Eò, quod pa-
gina refutationis 54. confirmaui contra Eutychiani-
ſmum: vt Christus paſſus eſt **T A N T V M** carne (1. Per.
3.) ac non fuit impaſſibilis carne: Ita idem **T A N T V M**
C A R N E eſt in loco & non **V B I Q V E**: Hunius tandem
patefecit, quem errorem nos occultare in illo aditu
ad Eutychianiſmum refellendum intelligeret, quod
diu intelligere non potuimus, Et propter illam aſſeue-
rationem, (qua euerſa eſt **V B I Q V I T A S** carnis **S P I R I T V**
O R I S **D O M I N I**, qui eſt laudatus in ſecula) homo ni-
mirum *ὁ ἁπλοῦς ὁμοιωτῆς* in margine annotauit, Grab aper-
tus hæreticus. Ex hac commemoratione liquet, quàm
Hunio cordi ſit vera notitia Ieſu Christi Dei & homi-
nis, filij Dei & fratris noſtri, regnantis ad dextram pa-
tris in Coelis, exaltati in regno & ſacerdotio, & paulò
poſt redituri ad iudicandum viuos & mortuos, quem
admodum viſus eſt ab Apoſtolis aſcendere in Coelum
teſtibus Angelis: & cur oderit propositiones oppoſi-
tas Neſtorio, & explicationes earum, quæ refel-
lunt Eutychem, Quas explicationes prorsus neque
agnoscit neq; recipit, neque habet: Imò callide & ho-
ſtiliter oppugnat, & ijs ſolui **V nionē** perſonalē crimi-
natur, & abſurdū ſenſum (quem proſecto ei non ſug-
gerunt, angeli candido amictu ſtolati) eis aſſingere
laborat & iudat. Sed non quæ homines volunt,
verum

RVINA VBI-
QUITATIS.

pag. 185.

Hunius non
accipit Ex-
plicationes
propositio-
nū opposita-
rū Neſtorio
contra Eu-
tychem, ſed
oppugnat.

verum quæ Deus præcepit, sancte cogitanda sunt.
Ecclesiastici 3.

XXVIII.

Scriptura dicit Christum conceptum esse in Nazareth, natum in Bethlehem, crucifixum Ierosolymis, sublatum in Coelum ex monte Oliueti, versari in Coelis usque ad tempus restitutionis omnium, & inde rediturum esse iudicem viuorum & mortuorum, qui sub iudice stetit. Hæc per communicationem Idiomaticum contra Nestorium de filio Dei dicuntur, & in Vnionem hypostaticam duarum eius naturarum, ad probandam naturæ humanæ veritatem (quæ habet suas dimensiones & localitatem, distinctionem, situm & figuram partium & membrorum corporis) asseruntur naturæ humanæ etiam in gloria aduersus Eutychem, iuxta illud Petri 1. Epist. 3. Viuificatus spiritu, passus carne.

XXIX.

D. Hunius ab illa sua propositione, quam neque Nestorius repudiat, his omissis, quærens rimam ad Eutychanismum: Contra ista cauillatur Thesi 33. & 34. Quod natura humana Christi non sit Vnita loco, seu vt ipse obscure loquitur de industria & monstrose:

Responſio ad
puerile ca-
uillum.
Humanitas
Christi non
est Vnita lo-
co. Ergo
Vnita est
Vbiquitati
scilicet. Quia

Quod non sit assumpta huc vel illuc, in hunc vel istum locum: quod subiecta fuerit loco, tempore exinanitionis: quando & vbi velit, apparare possit in loco visibiliter, illocalem hypostasim Verbi diuinissimæ huius assumptionis esse terminum. Sed etsi humanitas Christi non est Vnita loco, nihilominus & finitio & circumscriptio carnis in ipsa Vnionem contra Eutychanos

anos salva & integra est. Quemadmodum Corpus
 Communis hominis, nemo dicet amittere suas dimen-
 siones & localitatem, etiamsi Huius caillaretur,
 Corpus hominis non esse assumptum huc, vel illuc, in
 hunc vel illum locum, seu quod planius est, non esse
 unitum loco. Atque ut in omnem æternitatem pro-
 bare Huius nequit: Omnipræsentiam, quam diuini-
 tati Christi in Unione adimit, infirmitatem Deitatis
 esse: Ira & circumscriptionem ac finitionem, carnis in-
 firmitatem esse, cōdocefacere non magis potest. Idio-
 mata enim naturarum non sunt infirmitates. Quam-
 obrem adoleschia est, quod quasi localitas infirmitas
 carnis esset, huic tempore exinanitionis carnem Chri-
 sti subjectā fuisse garrit, & quod hanc *ἢ βυκταβάβου*
 (& non in ipsa Unione cum λόγῳ, circumscriptione
 naturaliter præditam, quod palàm Nestorianum est,) Fictus terminus assump-
tionis, cōfusio
naturarum
& Idioma-
tum.
 visibiliter ostendere ipsum posse insulsè narrat. De-
 nique quod ex utraque circumscriptione & Idiomatis
 veri corporis in Unione *UBIQUE* esse, & hunc esse ter-
 minum assumptionis comminiscitur, & hoc Valianum
 securissimæ impietatis commentum, Verbis quæ &
 paulò ante recitata sunt, magis quam Ethnici statuas
 sanguineis ebuli baccis, minioque rubenti, pingit &
 exornat. Hic vero est assumptionis terminus: Quod
 Caro Christi per Unionem hypostaticam exaltata est
 supra omnes creaturas, quæ sic extra & supra omnes
 creaturas, exaltata rectè dici potest, quoniam persona-
 le suum esse non habet in creatura, sed super omnes
 creaturas exaltata est sua personali subsistentia in Deo
 Verbo, & sic persona carnis in Verbo est, & homo
 Christus Deus (qua propositione non utitur Huius, Verus ter-
minus as-
sumptionis,
Unio duarū
naturarum
hypostatica,
quæ cū suis
Idiomatis
communes
sunt personæ
& inter se

E tanti

differunt ac
distinguntur
in ipsa Vnio-
ne & propter
Vnionem,
iuxta Cano-
nem Calce-
donensem.

tanti facit hanc exaltationem carnis Christi) & idem homo est omnipotens, omnipræsens, æternus, misericors: videt, motus cordiū, opportune opem fert & salutē, impedit, prohibet, arcet ac profligat mala, dat & tuetur bona inuocantibus iuxta ipsius voluntatē, vt in eodē fiducia cordis rectē collocari, & verē idem inuocari possit. Quemadmodum rursus persona verbi in carne est, ideoque Deus homo est, idemque Deus est natus, passus, crucifixus, mortuus, & ex eo, quod perpeffus est, cum tentatus est, potest & ijs, qui tentantur succurrere, Hebræ. 2. Cum tamen SOLA DEITAS omnipotens vbique, æterna, & SOLA humanitas passa crucifixa & mortua sit, sicut dicimus: hominem auduisse vocem, sed solis auribus, vidisse lumen sed solis oculis: vt ait Vigilius Dei timens & vigilantissimus, cōtra securos & altissimo oscitantia veterano oppressos. Nestorianos & Eutychemianos l. 2. c. 3. asserens vnitatem personæ in duabus naturis & cōmunicationem Idiomatum in persona, & custodiens INCONFVSVM discrimen naturarum in VNIONE ET PROPTER VNIONEM contra Nestorium & Eutychem.

XXX.

Athanasius
verum ter-
minū assump-
tionis cum
Vigilio con-
firmat, ficti-
tium explo-
dit & repu-
diat.

Siquidem & Athanasius non solum dicit hæc, quæ recitat Thesis 32. & quibus abutitur: Vnum esse Christum assumptione humanitatis in Deum, sed præmittit: Non conuersione diuinitatis in carnem, quemadmodum & Thesis 16. se accipere hoc Euangelij, Verbum caro factum est, fatetur, & vnà cum Athanasio refutat, quod diuinitas Christi in Vnionem passa & finita ab Eutychemianis dicitur: Et subiicit, vnum esse non CONVERSIONE substantiæ, vbi conuellit propositionem Euty-

Eutychiauanam & ubique: quod humanitas in Vnion-
ne sit omnipotens & ubique, quæ est transfusio Dei-
tatis in carnem, seu confusio cum carne.

XXXI.

Porro cum D. Hunius imprimis iuxta dictum Epi-
stolæ ad Hebræos & Iohannis 1. & Canonē Calcedo-
nensem, approbarit nobiscum semel sanam & planam
& salutarem doctrinam fidei Christianæ, de persona
Christi, ut eam contra Nestorianorum & Eutychiano-
rum damnatas hæreses, cum sancta Catholica Ecclesiæ
docemus, asserimus & propugnamus Deo duce, adju-
tore & comite: Non ei concedere neque debemus ne-
que possumus per amorem Dei, Ecclesiæ, patriæ, & sa-
lutis animarum nostrarum, quod Idiomata Vnioni op-
ponit ac Sophistice disparata & ab Vnione realiter di-
uersa suo arbitrio, ut lubet facit: & circumscriptionem
carnis, & Vbiquitatem vel omnipræsentiam diuinita-
tis cum Eutychianis ab Vnione remouet, Thesi 39. &
alijs, non olfaciens, quasi homo obesæ naris & bardus
esset, qui minime haberi vult: Quod si Christi naturam
diuinam in Vnione non ubique esse statuat, ipsemet
labefactet omnipræsentiam carnis, pro qua tot annos
bellum gerit: quemadmodum idem demolitur finitio-
nem diuinitatis in Vnione, eo, quod humanitatem in
ipsa Vnione finitam & localem esse inficiatur. Igitur
se mutuò exedunt, perimunt ac perdunt, quæ operas
mutuas tradere ac se inuicem præhensare & necere at-
que colligare opinator putabat & volebat.

XXXII.

Damascenus humanitatem in ipso Deo Verbo
ἕνωσιν habere, & ἑνωσιστος esse ait, ἰσχυροστος
esse

Verbū Do-
mini manet
in æternū.
Eutychiana
finitio di-
uinitatis in
Vnione pel-
lit omnipræ-
sentiam Eu-
tychianam
carnis: &
Eutychiana
omnipræ-
sentia carnis
exterminat
finitioem
diuinitatis.
Igitur meli-
or est doctri-
na fidei Chri-
stianæ quod
in Vnione
nata diui-
na sit omni-
præsens, &
natura hu-
mana sit fi-
nita.



Vtinam so-
los vos erra-
re sciretis, &
non patres
temeritate
sacrilega in
simili crimi-
ne vocaretis
Vigil. lib. 4.
cap. 6.

esse negat. Quemadmodum in præcedentibus ex-
planauimus, vt frustra denuò de ipsius calculo & suf-
fragio pro Eutychnismo Hunius glorias inanes flet,
ac fumos vendat. Nam Damascenus in Vnionem subor-
dinata esse finit: Vnionem hypostaticam, communi-
cationem Idiomatam in hypostasi, distinctionem in
naturis, quæ ab Vnionem ratione, inter se realiter diffe-
runt. Nam Idiomata ab Vnionem, mali coci more quas-
sata defringere, & cõtra eam vrgere, torquere, illidere:
magis illi multo, quam olim in cultu Leuitico, victi-
mas non rite secare, nefas est.

XXXIII.

In cathedra
D. Lutheri
Hunius Leo
Cumanus,
Vviteber-
gz.

Ex verbis Chemnicij pro diuinitate finita & hu-
manitate omnipræsente in Vnionem Hun. plane nihil
subsidiij habet. Neq; autoritate Dn. Luth. subleua-
tur, qui confitente ipso Hunio pag. Comm. ad Ephes.
379. figmentum vbiquitatis ad Cœnam Domini non
adhibuit, quod Hunius in cathedra D. Lutheri contra
Lutherum, & alios nostros præceptores viuos & mor-
tuos *θεοσι δαυταε*, propter Cœnam Domini, simplicita-
te fidei Christianæ, (vt & in articulo de persona Chri-
sti) offensus, & huic diffisus, propugnat, & illi, vt eo
dignior sit honore, (quandoquidem enim mundus
vult decipi, cur non fallat gnauiter?) commentum de
finita diuinitate Christi, addit auctarium.

XXXIIII.

Orthodoxi
veteres com-
munionem
Vnionis vo-
ce declara-
bant. Ergo
idem sunt.

Cæterum quia Hunius Thesi 2. dicit vocabulum
diuinæ naturæ, vt & Dei hic non absolute sed relate
accipi, videlicet secundam personam diuinitatis filium
Dei vnigenitum, conciliet cum hac sua asseuerati-
one

one *ἁποφύσις*, qua Theſibus 38. 39. aliam *ἁποφύσις* di-
uinae naturae Christi cum carne, quam Vnionem hy-
poſtaticam architectari conatur.

XXXV.

Dicit quidem Damascenus cum Cyrillo, vt habet
Theſis 40. (Sicut & alij ſcriptores Eccleſiaſtici) quod
hypoſtaſis Verbi, ſit etiam ipſi carni facta hypoſtaſis.
Sed Hunio non arrident explicationes huius doctrinae
ſpecificae, quae oppoſitae ſunt Neſtorio, & ad praclu-
dendum Eutychieſmum via ſunt, vt homo eſt Deus,
homo Chriſtus eſt Filius Dei viuentis, filius hominis
eſt filius Dei viui. Eutychieſas & Suenkfeldianas
opiniones, quae prodeſſent ipſius dogmati, veteribus
in mente fuiſſe docere non poteſt. Qua ſane gratia,
& vocabulo *ἁπόφασις*, & alijs, quae inſeparabilem
Vnionem Dei Verbi & naturae aſſumptae contra Ne-
ſtorianos demonſtrant, & pro Eutychie nihil dicunt,
abutiſur. De quo vt & alijs, in libello Conſtantię, qui
eſt epitome vberioris ſcripti, plura monuimus: Quem
faſto teſtimonio ornauit Hun. & in chartis aduerſus
Reuer. & Claris. V. Dn. D. Chriſtophorum Pezeli-
um, recens editis, & in literis ad Optimos & Illuſtriſ-
ſimos Cattorum Principes: Nihil veritus praeter pro-
hibitionem diuinam, poteſtati vel potius ipſi Deo il-
ludere & reſiſtere Rom. 13. Quicumque enim coelat
magiſtratum veritatem, quam ſcire eum, & Eccleſiae
& reipublicae intereſt, iſ clam ſeditioſus eſt.

XXXVI.

Hae & ſimilia D. Hunius cum ſuis aſſeclis vix ad-
mitteret, ſi illud Ethnici apud animum reputaret:
Deum eſſe Dominum ac moderatorem omnium re-

rum, eaque quæ geruntur, eius geri iudicio & numine,
eundemq; optime de genere humano mereri, & qualis
quisque sit, quid agat, quid in se admittat, qua mente,
qua pietate religionem colat, intueri, piorumque &
impiorum habere ratione: Nedum, si cogitaret, quod
Psal. 2. occinit: Osculamini filium, ne irascatur, & pe-
reatis in via, quoniam breui exardescet ira eius: Beati
omnes, qui confidunt in eo.

XXXVII.

Ea sane de causa, simplicitate fidei Christianæ,
quantumuis inuisa & spreta, & periculis plurimis
obnoxia, niri & acquiescere nos cōsultius & satius est,
relictis errorum nebulis, tricus, tribulis, sentibus, spinis
vt simul Christum Deum & hominem, filium Dei &
fratrem nostrum, diligere nos testatū faciamus, etiam si
non viderimus, inque eum nos credere, licet non co-
ram intueamur: Oramusq; eum propter gloriā suam,
& Ecclesiæ incremēta, vt firmos nobiscum & nos cum
illis constantes præfiet, languentes fulciat & cōfirmet,
dissentientium animos suo sancto spiritu eodem incli-
net & perducatur, vt is cui datum est nomen supra omne
nomen, Iesus Christus Dominus agnoscat & cele-
bretur ad gloriā Dei patris.

XXXVIII.

Euge Christe Dei Verbum, & sapientia & virtus, &
Deus omnipotens (placet enim clausulam Valde piā ex l. 4.
c. 4. Damasceni mutuari) quid tibi pro his omnibus nos paupe-
res retribuimus? Tua enim omnia, & à nobis petis nihil, nisi sal-
uari. IPSE ENIM HOC DAS, ET ACCIPIENTIBVS gratiam ha-
bes, propter ineffabilem bonitatem tuā. Tibi gratia, quod esse
dediti, & benè esse elargitus es, & eos, qui ex illo deciderint,
rursus erigis ad illud, propter ineffabilem condescensionem &
misericordiam tuam. AMEN.

SEQUUNTUR EPISTOLÆ IN
EODEM NEGOCIO SUPERIORI TEM-

pore scriptæ, quas veritatis cupido lectori,
& ipsas gratas futuras esse
confido.

D. Ægidio Hunio Ecclesiastæ & Profes-
sori Marpurgensi.

S. Librum quem misisti, mi D. Ægidj, & in-
scripsisti Comm. in Epist. ad Ephesios, Vna cum literis
uis accepi. Et gratum fuisset mihi, si redire libuisset
in viam pacis, que non est alia, quam veritatis. Sed quia bono
pioque studio monitus & refutatus, perseueras in errore, &
vanitati indulges, & eam doctrina Spiritus Sancti (qua est
Apostolica) misces, magnoperè doleo. Nestorij & Eutyehis
blasphema dogmata oppugno, ad qua deflectere vos & alios
oportet, qui cœlestem doctrinam de persona Christi deserunt.
Iacitis, quodam stratagemate vestras strophas hinc inde (ut
apparet in illo commentario) Neque dicere verè potestis, nos
scientes & volentes usurpare Sophisticam. Eam vero vos
strenuè adhibetis, quasi Apostolus ^{καὶ ἐπιτίμησεν} vobis vehe-
mentissimè commendasset. Nos ordine monstrauimus tuos
errores in Isagoge & Antithesi & reliquis nostris scriptis: &
tamen Deum timentibus satisfacere vos autumatis. Quasi
non requirant illi puram Euangelij doctrinam, & argumenta
vel expresse in scriptura tradita, vel bona cōsequentia MORE
APOSTOLICO, qui apud vos ferè exoleuit, extracta.
Carissima nobis omnibus merito est salus animarū nostrarū.
Ea enim priuatos, boues & porcos, quàm homines natos
esse

esse satius erat, quibus cruciatus sempiterni exitij non pro-
positi sunt. Ad illam vero eadem via est, qua ad pacem, ni-
mirum sermo veritatis. Ab hac, quia nos non discedimus
Dei beneficio, optima conscientia fruimur, & confirmamur
in sententia, quod videmus vos sprete illa via regia, frustra
sudare & laborare, ut futili Philosophia, queratis aliam,
qua nulla est alia nisi exitij. Sed si nobiscum vultis iisdem bo-
nis potiri, ad ea vos inuitamus, nodos vestrorum sophisma-
tum annos multos dissoluimus. In corpore doctrina nostra de
persona Christi nihil est, quod vere refutare possitis. Quam
vero diffidis tue opinioni, quod scribis: Si occurrent quedam,
qua ipsemet intelligis vere refutari non posse, & c. Quae vero
illa esse possint in errore, nisi forte stulta & inerudita qua-
stiones, propter quas neque vobis persistere in errore, neque
nobis relinquere sanam doctrinam integrum est. Itaque can-
tilenam tuam tibi rescrua, & tibi per anime tua salutem
praecipe, ne temeraria oppugnatione, insanabile vulnus con-
scientiae tuae infligas, & peccato in Spiritum Sanctum irre-
missibile te obstringas. Quam enim atrox & horrendum sit
peccatum, demonstrat e veritati nolite cedere, sed eandem per-
vicaci proposito odisse, persequi, damnare, & Satanae adscri-
bere, quod conscientia tua à Dei Spiritu profectum clamet, ex
grauissima saluatoris Christi concione ignotum tibi esse haud
potest. Oro Deum, ut sanet Ecclesiae vulnera, & faxit ut vos
aliquando diligere incipiatis veritatem. Hac exim comites
trahit pacem & aeternam salutem. Bremae 6. Octobr. Anno
nouissimi temporis 1587.

Nolite putare nos diffidere nostrae causae. Nam scis, quo-
modo verbum Dei vos destituit, in vestra summa verbo-
rum fiducia. Adfuit suo tempore M. Goclenius, qui verum
testimonium dicere potest.

Joseph. Gravius.

MAGNIFICO ET NOBILI,
SAPIENTIA, ERVDITIONE VIR-
tutibus, grauitate & authoritate illustri Domino
N. N. &c. Domino ac patrono suo,
summa obseruantia co-
lendo.

S. Ex amicorum literis, Magnifice Domine & pa-
trone obseruande, cognoui, vos rectè accepisse Epistolas,
quas in autumno nuper mittebam. Sed ad easdem pertinent,
quæ interea studium gloriæ diuinæ ac veris atis me scribere, ac
in lucem edere postulauit. Veritas, quod aiunt, vna copula-
tiua est, ideoque inuicta. Et illiso ac illeso capite Saxeam co-
lumnâ euettere est facilius, quam expedita vel omni So-
phistica armatura, minimum sanioris doctrinæ articulum im-
pune conuellere. Nihilominus D. Hun. doctrinam de per-
sona Christi sinceram, quæ petra salutis est, insensus petit,
eamque vt falsam & malè coherens dogma, se dissoluere
somniaat & iactitat. Verum is, ne ab ipsa conuinci videatur,
cui cedere non vult: quo fallax eadem habeatur, alia illi appo-
nit, alia subtrahit. Hoc vero corrumpere & fallere est, non
dissoluere. Sed si relinquat eam integram & incorruptam:
minimè falsam, optimè coherentem, prorsus immotam, imò
victricem, & eadem se victum, præter opinionem ac insti-
tutum volens nolens demonstrat. Igitur perquam stolidè (si
dicendum sit, quod res est) illas & alias suas fallacias, nostro-
rum, id est veritatis confutationem nominat. Ignoratio Elen-
chi est, quod quæ refellunt suum Eutychnianismum, sint Ne-
storiana. Scriptura vero elenchus est, quod, quæ vere confu-
tant Eutychnianismum, sint orthodoxa. Nestoriana enim, vt

F

pijs

p̄ys & doct̄is notum est: & Vnionem hypostaticam, & veram
communicationem Idiomatum, eius testem, & distinctio-
nem Idiomatum veram, custodem veritatis naturarum, in
Vnione negant. Quae omnia Dei beneficio, contra Nesto-
rianos & Eutychianos asserere nos constat. Neque apparet
quomodo tandem è suis tricis ille se sit explicaturus. Nam
quod ante in libellis quæstionum negavit, nunc pagin.
Commen. ad Ephes. 112. disertè scribit: RECTE à nonnub-
lis dictum, & scriptum esse: HUMANITAS EST DEVS. Ve-
ritas autem, quo magis tractatur & versatur, eò clarior &
nitidior fit, & hoc ipso, qua reddi firmior nequit, se ipsa robu-
stior fieri videtur. Quapropter Doctoris pronocantis opinio-
ni è diametro aduersam opposuimus GRAVEM FIDEI
CHRISTIANAE CONSTANTIAM, qua om-
nes p̄y letantur, vt eandem celebrari suo nomine meritò cen-
sent. Eius exemplum, quod poscere vobis à me videntur illæ
superiores literæ, quoque adiçio. Id vt magnificentia tua,
placiditate solita accipere, & generosam suam beneuolentiam
alere erga me velit ac non intermittat, maiorem in modum
peto. Gloria sit immensa bonitati propitijs Dei, qui lucem ve-
ritatis cælestis, & eius patronos dat ac seruat. Eius paterna
cura & potentissima protectioni, tua magnificentia & omni-
um bonorum salutem ardenti motu pectoris comendo. Valete.
Brema 19. Martij, Anno Iesu Christi. 1588.

T. M.

reuerenter Colens

Iosephus Græbius

REV.

REV. ET CLARIS. VIRO N. N.
Theologiae Doctori. &c.

S. Bene de te sensi aliquando Clarissime Vir, nequidum prorsus abijcio bonam de te fiduciam. Miror tamen quod praeter humanitatem tuam, nuper illustri loco istic aliter de me locutus es, quam speraram. Certe quod, nescio quid, in tuis scriptis reprehendendum putasti, id nihil est. Affero illo ipso loco quem petitis, hoc Symboli Calcedonensis, non sublata sed magis salva sunt utriusque naturae discrimina propter Unionem. Intelligis me tacente, quod qui Eutychianismum vere oppugnat (quod me ista regula facere inficiari non potestis) eadem opera refutet Nestorianismum. Quid ergo est absurdius, quam quod arreptis his verbis: Omnipotentiam non solum humanae naturae Idioma non fieri, verum etiam eidem respectu Unionis non competere, &c. (quae verba sunt opposita Eutychianismo, iuxta declarationem quam ante illa posui,) me Unionem personalem negare inde contenditis, & rursus obliuiscimini eorum, quae sequuntur: Perpetua vox scripturae & Symboli Calcedonensis piorum auribus oecinit. Si illa non est perpetua scripturae & Symboli Calcedonensis doctrina, cur non dicitis me abuti scripturae & Synodi auctoritate? Sed etiam si diceretis, tamen falso diceretis. Tacentes autem de tantis fundamentis, (Et non agnoscentes, quod in libellis questionum, qu. 80. (contra Canonem Calcedonensem, qui oppositus est Eutychianis confundentibus Idioma in Unionem seu respectu Unionis) pugnetis: Humanitatem Christi Deitatis seu Unionis personalis respectu realiter omnipotentem esse, cui vestra affirmativa, negativam ex Canone Calcedonensi iuxta scripturam obieci:) quid obsecro bonae mentis declaratis? Hec vos & tanta si nacti essetis in nobis, quantum

quantum scripturi, quo vos modo jaētaturi essetis? citius vos
vox, quam oratio deficeret. Sed si vos aliquid humanum pati
agnoscetis, non dubito ab errore in viam redituros esse, quod
optamus & Deum precamur. Persuasi etiam mihi hoc, quod
nihil vobis mali cupienti, in posterum potius bonum, quam
malum reddaturi sitis. Quae si spes me fallat (quod absit) non
tam mea, quam vestra causa, cur doleam erit. Nostra enim
partes, quae sunt Dei beneficio, veritatis, in omnem euentum
tutissima sunt. Vale ac deinceps mea fama parce, & si cum
D. Hunio melius aliquid nos edocere potes veritate, quae vitat
illos duos scopulos oppositos, Eutychianismi & Nestoriani-
smi scilicet, specimen scientiae copiosae, reconditae in digito
auriculari illius edere ne intermitte Pro officio gratus ero,
Bene Vale. Brema, Anno 1590. 3. Cal. Septemb.

Iosephus Grabius.



94 A 7344

ULB Halle 3
000 913 952




So.

Vb17

Mi. 70





DE
THE
V
Modest



PRO
DEFENSIONE FIDEI
CHRISTIANAE

Theses,

De

UNIONE HYPOSTATICA DVA-
RUM NATVRARVM CHRISTI,

oppositæ Disputationi,

Quam D. ÆGIDIUS HVNIVS habuit
VVittebergæ, VIII. Cal. Iulij.

Authore

M. IOSEPHO GRABIO
AVERBACENSI.



Si Christum discis, ^{scitis} ~~scilicet~~ est si cætera nescis,

Si Christum nescis, ~~quid~~ ^{quid} est si cætera discis.

FABIRANI SAXONVM,
Excudebat Bernhardus Petri, Campens.

Anno M. D. XCII.

